

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

18. [...]ua Tunchini Rex in[...]nis Ciua Rex verus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

dispensatione honoris vacui , titulorum splendore illus. Prima statim Luna ( quæ vti & Sinis Februarij quinto est propior , quod solsticium hibernum ab æquinoctio , hiemem à vere diuidunt ) prodit Bua sua è Regia ( quæ vulgo Dan dicitur ) comitatus innumerabilis superbo apparatus ; Ciua ipso , procedentis latus , in cultu regifico tegente , praecedit militia omnis , cum Literario Magistratu , nobilitate , ac populo longa ordinibus ; portatur , extatque supra omnium capita suo in throno Bos , ea quam gereret simulachrum viuens tumidas maiestate . Exitur extra frequentiam ædium in campum ceremoniae tantæ sacrum illie riu sollemni ccelo , & terræ Bua sacrificat ; indè stiua prehendit ornatissimi aratri , & iunctos illi boves , stimulo incitat , ductoque passuum aliquot , brevi sulco , in palatum suum reportatur , quo eius horram tacito , rustica vbiique omnes opera repetunt , agrisque ad frugem extant per hiemem desides , & à ligone ac vomere oriosos . De Sinarum exemplo veteri morem hunc annuum retinent Tunchinenses , donec illum suis sepulti palatiis Sinarum Reges non obeant , nisi quo die inaugurarunt corona imperij , sed habent aliquid in eo quam Tunchinensis illustrius . Sinarum Rex ipsenam agellum arat , & seminat Mandarini interea partem operæ , certatim , & sedulo in vicem præcipientibus , frangenda gleba , coæquandis sulcis , occanda semente , & sepiendi , cuius deinde in faleem , & trituram maturæ , purgata grana Regiaturuntur , velut eius laboris fructus , & pretium . Imperatrix quoque in agello eodem quem verit agricola maritus ad morum accedit , acceptaque ex ea ramis , quærit in iis folia nondum nata , que sapienter nisi sera non mittrit . Vtque suo illo exemplo Rex viros , ad exercendos agros vocat , sic & feminas Imperatrix ad bombicum & sericetum , quo Regni eius locupletissimi præcipua opulentia fulcitur . Præ hanc Bua honorarij munieris functionem , Regem item Sinarum in exemplatur , quod ab eius in regnum aditu , nouis incipit toto regno minorum cardo , qui eius morte cum eo interit , aliisque ab eius successore duci ordo annorum incipit . Nomen præterea omisso vena nouum sumit , longa ariolorum & Literatorum indagatione idcirco leatum , quod pendere ex eo maximè faustitatem publicam somnient , cogantque illum , si sterilitas aut pestis annum vexauerit , omisso nomen , ominato mutare . Ad hæc Literarios confert gradus , & bimense quois , redeunte , & integra Luna , obsequiosis illis prolationibus honoratur , eiisque nomine legati , ad Regem Sinarum cuncto tributo , triennis singulis mittuntur . Sed hinc tacito illo , vi qual rem nostram perpetuum faciat ; Ciuan deinceps Regem vocabimus , estque is omnino Tunchini Rex , & duclum à maioribus Regiæ dignitatis , potestasque ius transmittit in filios . Quanta vero sit eius potentia fortassis hic non persuaderem , sua est enim quibusque imperii prædicti & publici ratio , vique illos rideamus cum sibi nostras regiones regnas & steriles ; habitatores incultos , & aggressus singant , sic iij mero-

17.  
Initia operi  
ab Rege pti-  
mo. die anni.

18.  
Bua Tunchi-  
ni Rex. ini-  
nis Ciua Rex  
vetus.

merito riserint, si fingere lubeat, illos politica, militari, nautica, ceterisque ingenij & prudentiae artibus, & dotibus cassos, nihil habere cum nostratis conferendum, in hoc potissimum Anna-  
mi Regno, quod rebellione regni nomen & decus maluit emere, quam Sinarum partem sextam & decimam facere. Iam Tonchini Rex  
Cocincinæ regnum ab austro cùm habeat; ab aquilone Regnum Ciucani,  
viriumque hostile, & viuacibus odiis mutui perduellonis semper at-  
dens; nihil mirum si semper in armis teneat bellatorum millia quin-  
quaginta, in regni præsidium; nullo præsertim suo ære, sed Prouin-  
ciatum quatuor penitacione, qua illarum olim, de qua nuper, mul-  
tata rebello, emaciata est, ne in Regem denuo lasciuiret, & Rex con-  
finibus eusasit formidandus. Præter hæc, mari Tunchinum imminentem,  
& magnis perutum amnibus, instruxit necessitas armamentatio nauali  
copiosissimo aduersus subitas irruptiones Piratarum; sed viuis tantum  
ad scalmum quemlibet remigis, unde illorum naues (scribant licet  
quod volent quibus aliud placet) nostratis ferè sunt dimidio mi-  
nores, quod testatur, qui trecentas simul coram recensuit. Ve-  
rum iis nihil elegantiùs, intusque, ac foris, auri, & colorum varia-  
te ornatiùs; rostro potissimum, quod Præfecti conclave ac sedes est.  
Hinc ille si ad manus venitur frontem occupat pugna, nec suorum se-  
tegit corporibus, sed armis illos, & pectore velut clypeo tuerit, &  
præstanti exemplo non semota voce, pugnandi modum, furorēmque  
iis dictat. Sie sua illic deprædicant. Præstant aliis triremes quæ Præ-  
toriam stipant firmitate, ac mole; cultus vero magnificientia, tam  
compti, ut scribat, qui hoc anno præsens viginti quatuor numerauit,  
velis pætas fuisse ex tenuissima carbafo, manu phrygia pictis, & filo  
commisiss, purpureo. Naueleræ certè nusquam alibi maior habiliōr-  
que peritia; ars enim illis est remigatio non pena, & in multitudine  
tricium tam densa, valet mirum quantum, exemplum, & æmulatio, &  
trix remo perpetuo manus; aurisque baccillis affuetæ, quorum con-  
cussu erarchi, remigationem, ut sibilo, apud nos regunt. Sed eam  
atrem nihil æquè promouet, ut honor quæstuosissimus remigum Re-  
giorum, in quem euhuntur qui sunt in ea eximij. Vbi enim cum  
hoste configendum, suspenso remo arma corripiunt; vbi fugiendum,  
aut fugientibus instandum, repente ad scalmos reuolant, nec versi ad  
pappim, remis ad pectus adductis nauigant, sed proram versus rostrum  
perpetuo subigunt. Res sacra & publica à Sinensi vix differt, suas ha-  
bet Tunchinum sectas, Literatorum Magistro Confusio; idola colen-  
tium sub Xaca, magorum, & veneficorum sub dæmone, habent enim  
hi suos quoque seorsum cœtus. Gubernatio civilis in Prouincias di-  
gesta, subiectas Prouincias regiones, ditiones regionibus, ditionibus pa-  
gos, ita regit ut suus nulli loco desit proprius Mandatinus: apta vero  
gradatim tribunalia singulorum ad Prouincia Præsidem referantur.  
Emuntur ij Magistratu studiorum sudore, prærogatiua ingenij & scienc-

19.  
Militia Tū-  
ch. potens.

20.  
Remigatio.  
Tunc ars est:  
honoriifica  
non pana.

T. t. t.